Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36487
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Non mea uerba despicit. sed eum qui in me loquitur. xpi. cui spiritum
nuntiam facit omnis qui non sancte conuersatur. XV

De karitate autem fraternitatis non necesse habemus scribere uobis.
Vide quam perfecti erant qui de tanto. et tam necessario
precepto non indigent admoneri. Ipsi enim uos didicistis a deo. ut
diligatis inuicem. et enim facitis illud in omnes fres. Dicit xpo quia dicit.
mandatum nouum do uobis. Hoc nouum ut per alterutro moriamur.

Rogamus autem uos fres. ut habundetis magis et operam
detis. Hoc est ut iam ignotos quosque diligatis. Et quieti sitis et
urim negotium agatis. et operamini manibus uris sicut precepimus
uobis. Quidam inquiete per diuersa discurrebant domos. aliqua
etiam ad religionis obprobrium postulantes ab infidelibus. Quam causam
ad eos in sedam epla. plenum et sequitur. Vnde magis uult eos uel
propriu negotii cura. et labore manuum occupari. quam otiositatis
detrimentum. et inquietudinis habere peccatum. Et ut honeste
ambuletis ad eos qui foris sunt. et nulli aliquid desideretis.

De uos ipsi denotent qui prestare uidentur. XVII

Dolumus autem uos ignorare fres de dormientibus. Dormit
enim quem certum est resurrecturum sicut de lazaro dictum est.
Et non contristemini sicut et ceteri qui spem non habent. Aliter
debet flere qui pegre pgit. aliter illi qui moritur. Si enim
credimus quod ihc mortuus est et resurrexit. Si hoc credimus
quod ea quae non uidemus. et per eam resurrectionem certa sumus nos
ueniam consequutos. cur illud similiter non credamus quod
gentes quia non uident. ideo non credunt. Ita et deus eos qui
dormierunt cum ihu. adducet cum illo. Qui caput suscitatum
ipse cetera membra resuscitaturum promittit. Hoc enim uobis
dicimus in uerbo domini. Euangelii sententiam. Quia nos quicumque
qui residui sumus. in aduentu dni. Semper enim apls diem
dni fecit haberi suspectum. quasi eos in corpore inueniret.
Hoc loco ostendit quia in die iudicii sub aduentu dni.